

Alte Drucke

**STATVTA || ORDINIS DOMVS || HOSPITALIS
HIERV=||SALEM. || [Letzte Seite:] AVSPICIIS AC IVSSV
REVERENDISS. D. || F. CLAVDII DELA SENGLE, || ET TOTIVS
...**

**La Sengle, Claude de
Romae, 1556**

QVOD FRATRES OBEdiant Magistro.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150200

QVOD FRATRES OBE-
diant Magistro.

F. Alphonsus de Portugallia.



Elia est
obedien-
tia q̄ ui-
etima.
Nihil
quoque
existit,
quod ma-
gis Reli-
gionis

obseruantia conseruet, q̄ uera illibataq; obe-
dientia, qua inferiores superiori ceruicem
submittunt. ideo recte sancitum est, quod
omnes Hierosolymitani fratres, quacunq; au-
toritate fungantur, Domini Iesu Christi sal-
uatoris et Redemptoris nostri amore Magis-
tro obedire teneantur.

N ij

Declaratio obedientie.

Consuetudo.

2. **I**N Regula cauetur, quòd frater obediat in omni re, quam præcipiet suus Magister. In quo Regula non excludit aliquam rem. Nihilominus est intellectum quòd habeat terminum & limites: quia nulla res rectè ordinata est sine termino & limitibus: & iste terminus est regula, statuta, & bonæ consuetudines Religionis. Et id ostendit statutum, quod cauetur ut omnes fratres teneantur obedire Magistro contemplatione Christi: Quia quādo Magister præcipit extra illud quod promissit, est malum & peccatum, & pro Christo non debet committi malum & peccatum: quinimo omne bonum. Ea propter præceptum Regulæ est clarum, & in hoc determinatur. Et ideo est sancitum quòd quando superior facit aliquod præceptum, quod non est secundum statuta, usus & consuetudines Religionis, frater debet petere sgardium fratrum:

quia nostra obedientia non est ad aliud intellecta, & non debemus esse magis astricti de obedientia, nisi quantum nostra Regula & bonæ consuetudines ordinant. Quæ superior noster promisit tenere: & si facit contra iuramentum, frater non debet sibi obedire.

Quod Magister sit frater miles, & nobilibus parentibus legitime procreatus.

F. Hugo Reuel.

Debet ut, qui militiæ præest, militarem dignitatem præ se ferat. Hinc statutum est quod nullus assumi, aut eligi in Magistrum sacri Hospitalis Hierusalem possit, nisi sit frater miles ipsius ordinis Hospitalis, atq; ex nobilibus parentibus, legitimoq; matrimonio procreatus existat.

Electus Magister à conuentu absens non excedat limites commissionis à conuentu datæ.

F. Fabritius de Carreto.

Statuimus qd electus in partibus occiduis 4.

Magister in suo ad conuentum aduentu pro
usu publico Religionis non possit expensis
communis ærarij ex quibuscumque rebus emere
& conducere, aut pecunias à Receptoribus
aut Depositarijs Religionis capere, nisi tantum
quantum à concilio fuerit commissum & or
dinatum. Si autem modum exceſſerit, de suo
fecisse intelligatur.

Quod commendæ, dignitates, officia &
beneficia promoti ad Magisterium
uacare censeantur.

F. Petrus Raymondus Zacoſta.

s. **S**tatuimus quod quando aliquis ex fratri-
bus nostris ad Magisterium promouetur,
adepto per electionem Magistratu, eo ipso ad
ministrationes commendarum, Prioratum,
Baiuliatum, dignitatum et officiorum, quæ
prius ante Magisterij adeptionem possidebat,
uacare censeantur. Quorum concessio & pro-
uissio deuoluatur Magistro & conuentui, &
secundum formam statutorum & laudabi-

les consuetudines concedantur.

Quòd per promotionem ad Magisterium
sit mortuarium & uacans.

Idem Magister.

Volumus quòd per promotionē alicuius
ad Magisterium sit mortuarium in Ma
gisterio, & uacans in Prioratu, Castellania
Empostæ, Baiuliatu, commendis, & bonis
nostri ordinis, quæ possidebat ante promo
tionem illius, qui promotus erit ad Magi
sterium.

Quæ bona Magister potest retinere
ex spolio sui prædecessoris.

F. Antonius Fluuianus.

Sancitum est quòd ex spolio magni Magis
tri defuncti successor Magister quæ se
quantur sumere debeat, uidelicet, de frumen
to, & uino quātitatem sibi necessariam usq;
ad diē natalis Domini ab electione Magistri
proximè sequuturam. Residuū uerò frumen
ti, commeatum, & uini ad ærarium perue
ti.

N iiij

niat. De uasis autem argenteis, applicentur
statui magisterij pro Magistro usque ad sexce-
tas marchas argenti & non ultra. De ioca-
libus autem sumet unam coppam auri, &
unum uas aquarium, si in spolio reperiatur,
& non aliud. Cætera uero præter hæc æra-
rio nostro ascribantur.

De Cameris magistralibus.

F. CLAVDIVS de la sengle.

8. **I**am olim à tempore cuius nō est memoria,
ad sustinenda & supportanda Magistrat-
us ordinis nostri onera, & ut Magister ipse
decentius & commodius eam dignitatem ge-
rere posset, fuerunt illi assignatæ & ipsi Ma-
gistratus annexæ et in perpetuum unitæ per
singulos Prioratus singulæ commendæ (quæ
Magistrales dicuntur) quæ nunquam ab ipso
magistratu separari possunt. solet tamen
Magister eas locare, uel ad certam pensionē
dare fratribus sibi beneuolis. Quæ quidem
commendæ sunt quæ sequuntur.

- In Prioratu S. Egidij cōmenda de Pesenas.
 In Prioratu Tholosæ cōmenda Podij subreani.
 In Prioratu Aluerniæ cōmenda de Salins.
 In Prioratu Franciæ commenda Hannoniæ.
 In Prio. Aquitaniæ cōmenda tēpli in Rupella.
 In Prioratu Campaniæ cōmenda Metensis.
 In Prioratu Lombardiæ cōmenda Inuerni.
 In Prioratu Urbis commenda Mugnani.
 In Prioratu Venetiariū cōmenda Truvisij.
 In Prioratu Pisarum cōmenda Prati.
 In Prioratu Capuæ cōmenda Ciciani.
 In Prio. Baroli cōmen. Brūdisij siue Marugij
 In Prioratu Messanæ cōmenda de Polizi.
 In Prioratu Cathalonix cōmenda de Masdeo.
 In Prioratu Nauarræ cōmenda de Calcetes.
 In Castellania Empostæ cōmenda de Aliaga.
 In Prioratu Castellæ cōmenda de Olmos.
 In Prioratu Portugalliæ cōmenda della Coua.
 In Prioratu Angliæ cōmenda de Pescen.
 In Prioratu Alemaniæ cōmenda de Bucz.
 In Prio. Bohemiæ cōmenda Vvladi slauicæ.

Quod Magister locutenētē cōstituere possit.

F. Petrus de Corniliano.

9. **M**agister in conuentu residens locumtenentem ac uicegerentem designare et constituere pro suæ uoluntatis arbitrio, auctoritatem quoque sibi bene uisam pro suæ præeminentie facultate concedere potest.

Hæc sunt quæ magister fratribus permittere potest.

Consuetudo.

10. **P**rimum potest dare licentiam tenēdi uel stes proprias & aliam supellectilem. Itē peregrinandi deuotionis gratia. Item comedendi in uilla uel ciuitate, & residēdi extra conuentum. Item recedendi à conuentu & ad eum redeundi. Item ieiunandi & abstinendi. Item faciendi fratrem Hospitalis. Item congregandi linguas. Item Baiuliuis, præcipiendi aquæ potum : quem nullus remittere potest post campanæ sonum. Id enim reseruatur soli Magistro.

Quæ delicta Magister remittere potest.

F. CLAVDIUS de la sengle.

Magister nulli ante condénationem par
cere potest, neq; in perpetuum habitu
priuatis: nisi de capituli generalis consensu:
quod non nisi ex causa fieri debet. Poterit au
tem Magister pœnam commutare eorum, qui
propter effusum alterius fratris sanguinem
habitu secundum formam statutorũ nostrorũ
priuantur (dummodo à concilij Baiuluis id
facere sit rogatus) & loco priuationis habi
tus delinquenti unum annum de ancianitate
uel plures, circumstantijs & qualitate delicti
consideratis, demere. Quæ quidem ancianita
tis diminutio cedat in cõmodum filiorũ Ar
naldorum, & hoc ubi mors & mutilatio mē
brorum nõ fuerit subsequuta, quoniam in his
casibus statuta ad literam seruari iubemus.

Quòd Magister non alienet prouen
tus magisterij.

F. Fabritius de Carreto.

12. **S**tatuimus quòd donationes, quæ à Magistro pro tempore existenti fient de iuribus, prærogatiuis, præeminentijs, & prouentibus magisterij in præiudicium successorum irritæ sint: & in uim præsentis statuti præfata iura, præeminentia, & prouentus donatore uita functo eo ipso deuoluti ad Magistrum censeantur: nisi donationes ipsas capitulum generale confirmauerit. Quòd sine certâ scientia & causâ legitima facere non debet.
- De bulla plumbea & cærea Magistri.

F. Nicolaus Lorgue.

13. **S**tatutum est quòd Magister bullam plumbeâ, in cuius cuneo superiori imago personæ eius sculpta sit, habeat. Quodq; cuneo inferiori bullæ cõmunis cuneus ipse iungatur. Qua quidem bulla utatur in his expediendis, bullandis & corroborandis, quæ auctoritate & præeinentia Magistrali expedita fuerint. Bullam quoq; argenteam teneat, qua in cæra nigra bullentur literæ patentes &

clausæ, atq; alia quæ sub dicta bulla expediri solent.

De prouisione uictualium facienda.

F. Petrus Raymondus Zacosta.

STatuimus quòd Magistri pro tempore existentes faciant debitam & necessariam prouisionem milij & frumenti. ita quòd ad minus sit semper munitio unius anni iuxta suam possibilitatem.

De quatuor Capellâis palatij Magistralis.

F. Fabritius de Carreto.

VT sanctæ Reliquiæ, quæ in palatio Magistrali sunt, debitè uenerentur: Statuimus quòd quatuor capellani dicti palatij uacante Magisterio et in absentia Magistri diurno ac nocturno tempore diuina officia assidue celebrent ac peragant, ac si Magister præsens esset. Et quando è conuentu discedent, soluant eorum carauanas, prout hactenus fuit obseruatum.

De bonis status Magisterij.

Idem Magister.

16. **S**Tatuimus quòd contingente casu uacatio-
nis Magisterij magnus Commendatarius
sue eius locumtenens & Conseruator gene-
ralis unà cum alijs commissarijs tunc à Con-
cilio deputatis per inuentarium ab officiali-
bus palatij Magistralis medio solemnì iura-
mento integrè recipiant omnia utensilia, quæ
præterito Magistro seruierunt, & ea bene
custodita conseruēt. si qua fuerint subtracta
per inquisitionem Cōmissariorum reperian-
tur. Et simile seruetur circa equitaturas Ma-
gistri & status magisterij. Vasa autem au-
rea & argentea ad commune ærarium spe-
ctant. Cassanturq; malæ introductiones ab
officialibus factæ.

Absente Magistro, regentes negocia Reli-
giōis ea tractēt cū deliberatiōe cōcilij.

Idem Magister.

17. **S**Tatuimus etiā quòd in absentia Magistri
à conuentu, qui regimini Religionis pro

tempore fuerint deputati, debeāt ardua Religionis negocia ex deliberatione Cōciliij tractare, & super his discernere, & similiter officiales remouere, & alios ponere, ac de officijs, commendis & beneficijs prouidere, & remissiones facere ex dicta deliberatione, quæ per scrutinium balottarum seruata forma statutorum sumantur. Quæ autem præter hunc ordinem facta fuerint, nullius roboris censeantur.

